Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35449
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

pucoros aut boree de parte trucis quum fulminat et
quum euri zephirique tonat domus hoc uult dicere
ubique igentes efficiat pluuias . abistis uentis mota
tempestas numquam imprudentibus Alii enim uacare uo-
lunt , alii augentis habere significationem ut sit numquam
imber offuit ualde prudentibus que res non ualde
sunt ydonee Vnde melius est ita intelligere numquam ym-
ber offuit non ante prius tam sui clara dat signa
ut imprudentibus ignaris acapiamus . Nam hoc
dicit numquam ne scienti nocet imber quia se designat an
uenturum Et scimus leuiora esse mala que ex
opinione contigerunt . aerie grues de uallibus fugere
non pluuiam de uallibus surgere . et ueterem in
limo rane cecinere querelam Fabula duplex est
nam ut Ouidius dicit Ceres quum proserpinam
quereret ad releuandam sitim accessit ad quendam
fontem tunc eam licii populi a potu prohibere ce-
perunt , et conturbantes pedibus fontem quum contra
eam emitterent turpem naribus sonum \ illa ira
ta eos conuertit in ranas \ que nunc quoque ad illius so-
ni imitationem coaxant \ Sed hoc non est ualde aptum
nam illa magis insultatio fuerat quam querela et
penam sacrilegii iuste pertulerant Vnde magis Eso-
pus est sequendus qui hoc dicit quum Iuppiter reges
omnibus animalibus daret et ranis dedisset colendum bre
uissimum lignum Ille queste et aspernate sunt eius
regem . Inde et queste appellate sunt . Tunc eis i-
ratus Iuppiter dedit ydrum qui nescatur ranis . bi-
bit ingens arcus Sequitur uulgi opinionem . Coruo-
rum exercitus .i. multitudo Iam uarias pelagi
uolucres et que asia circum dulcibus in stagnis rimantur
prata caystri hec est uera lectio et sensus talis est
iam uarias pelagi uolucres et ea que circum asia
prata rimantur in dulcibus stangis caystri unde
as certatim largos humeris infundere rores
nam si iam uarie legeris . nulla ratione procedit
Caystus aut fluuius est asie non palus Vnde

facit prata asia a longa est nam de prima corripit
a . ut Europa atque asia pulsus est homericus usus
ΑΣΙΩΙ ΕΝ ΛΕΙΜΩΝΙ ΚΑΥΣΤΡΙΟΥ ΑΜΦΙ ΡΕΕΘΡΑ .
rimantur prata . pascuntur in pratis cibum per rimas
mas perquirentes . Nam rimari hic tractum est a porcas
qui glandes rimantur de rimis terrarum . Et studio in
cassum uideas gestire lauandi gestire est letitiam suam
corporis habitu significare . nam ut homines uerbis leti-
tiam suam exprimunt Ita aues corporis gesticulatione in
cassum autem ideo ait quia plumarum compositio aquam
minime admittit ad corpus plena uoce rauca contra
naturam suam et uocat poetice ait non .n. uocat
sed denuntiat pluuiam . Et notandum cornicem et ra-
uca uoce et sola predicere pluuiam . Coruos uero preces
et uoce tenui et purissima et contra naturam suam ut quum
liquidas corui presso ter gutture uoces . teste cum ar
dente propter uilitatem lucernam noluit dicere necte-
rum lichnum sicut in heroico carmine ut dependent
lichni Medius .n. in his libris est stilus sicut dixi
supra putres concrescere fungos . Nam ut dicit pli-
nius cum aer humidus esse cepit fauilla prohibi-
ta aeris crassitate in lucernis residet et quasdam
uelut fungorum ymitatur ymagines Nec minus
ex imbri soles .i. serenitates et usa uice dat pro
gnostica quibus agnoscamus ex tempestiuo celo se-
renitatem futuram . Ex apta serena aer .n. den-
satur nubilo et rarescat sereno ut denset erratque
raramodo et que densa relassat Nec fratris radiis
obnoxia surgere luna obtusa splendis a sup-
erioribus nam hoc dicit nec luna uidetur obtu-
sa que est radiis solis obnoxia nam ut dicit
phisica ab eo accipit lumen . tenuia proceleumati-
cus est pedactilo quam rem quotienscumque facit Vir-
gilius locum singere ut tenuia . Item genala . di-
lecte thetidi alcyones Ceys filius luciferi ha
buit uxorem Alcyonem a qua cum prohibitus esset
ad consulendum Apollinem de statu regni sui na-